

FLAMMA VOTIVA:
QUAM IN FESTO JOHANNIS
ET ONOMASMATE
DOMINI ET VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi

DOMINI

JOHANNIS GODOFREDI ROESNERI,

*Consulis optime meriti & p. t. Præsidis in Republi-
ca Thorunensi amplissimi,*

PROTO-SCHOLARCHÆ

spectatissimi

**PATRONI SUI AD URNAM
USQVE DEVENERANDI**

accendebat

Rosnaciani nominis æternus cultor

JOHANNES HENRICUS AB HAUENSTEIN Eq. Luf.
Cand. Utz. Jur. & Hereditar. Dn. a Schweidnig.

THORUNI

Impressit Joh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typogr.
ANNO 1724.

AVITOV AVMAPI

EDICAVIT IOSEPHUS ETIENNE DE STATION



JNter Pierias haud ultima gloria Musas
Inclyte Mæcenas, quem pia Fama colit.
Omibi si vires aliquas mea Musa ministret
Ut possim in certos cogere verba pedes!
Hæcce dies onomasma tulit solenne Jobannis:
Omnia festali lampade festa micant.
Ac final' est onomasma Tuum perchare Patron'e,
In cujus manibus spes mihi multa viret.
Nunc ideo celebtanda puto tam candida festa,
Cordibus in nostris concava templa strue.
Ec minus in medium sacrans altaria pono,
Sedulas inflammo candida thura precum.
Effigies telfis Tua stat suffulta columnis,
Jaspide de rutila quam ferus Indus habet.
Stat super hanc Pietus & cingit tempora fertis,
Lataq; dat fixo basia multa VIRO.

Grata

Grata suis tabulis sculpsit TU A nomina Fama,
Ut bene conservet Mnemosine que dedit.

Officiosa Themis crinesq; insignis Apollo
Lætantur, votis pectora sancta calent.

Debita Pympleades persolvunt vota sorores.
Carmina materia suppeditante canunt.

Omnis lætitia summa Parnassus abundat,
Pægasei laticis fortior unda strepit.

Fert Coloris nitidas vario de flore coronas,
Rite TUUM festum condecorare studet.

Reflexis manibus durisq; ligata catenis
Perpetuo Erinnis carcere clausa jacet.

Erigit austero pallentes lumine vultus,
Sed non queis possit lædere tela gerit.

Diva Minerva TUUM regimen docet, apiat & auget,
Est tanquam fratri semper amica TIBI.

Undiq; nunc ideo solennia Sacra locavi,
Sunt instructa satis pectoris antra mei.

Sic operæ pretium est fiam de jure Sacerdos
Ut cadat ante aras hostia nostra Tuas.

Rumpo

Rumpo moras properans, Sacris accommodo mentem
Ordior a precibus quae mea thura manent.

Omnipotens Rector qui splendida sidera coeli
Dirigit & servat quicquid in orbe viget :

Eximat infelix quae fert fortuna periclis
Te, pia membra Domus, vel quod ubique Tuum est.
Serrentur, faustusque Notus TUA vela secundet,
Non noceat gratae Scylla nefanda rati.

Non vitiat Mortae rabidum TUA membra venenum,
Curarum sudor non TUA corda coquat.

Exuperet nunquam TUA limina moesta cupressus,
Contegat usque TUUM laurus amena caput.

Res Thorunnenses sub tanto Consule crescant,
Et turbet nunquam plebs malesana forum.

Uerna TUOS cineres sero raptura paretur,
Non Lachesis rumpat stamina dira manus.

Sic sibi gratantur cives, sic turba clientum
Applaudit, gaudent Aoniaque. Vale.

